

verb
prae
deri
unum
later
class
erit.

titka
lkan
wu'n
amal

fixur
tione
fit ut
pron
nomi
nomi
abiie
ka, n
exur
akalt

homiu
suffix
occur
nam;
tellig
suffix

mere
de pl
illud
mal.

CAPUT II.

De Nomine Substantivo

Articulus indefinitus nullus est in lingua ksanka. Dubitari etiam potest utrum sit articulus definitus, qui stet seorsim a nomine. De articulo definito, si quis est, qui componitur cum nomine alibi sermo erit.

Saepissime ksanka utuntur pronomine demonstrative ad instar articuli definiti. Pronomen demonstrativum est *na* vel *nas*, et significat *hic*, *haec*, *hoc*. Istud pronomen habet vim articuli definiti quando adhibetur in enumeratione plurium rerum: e. g. *na gapi*, *na k'kikul*, *na akulak*, *kapi sukni*; *bulbi*, *panis*, *caro*, *omnia sunt bona* (*de gamasce*, *il pane*, *la carne*, *sono tutte cose buone*). Pariter in sententia: *Yakasinkinmiki kausakan* *nas aklsnakniks*, *Deus commoratus est cum hominibus*, pronomen *nas* habet vim articuli (*cogli uomini*). In istis exemplis in quibus pronomen *na*, *nas* optime vertitur per articulum definitum, sensus destrueretur, si loco articuli utereris pronomine, et dices: *istae radices*, *iste panis*, *ista caro sunt bona*; *Deus conversatus est cum istis hominibus*. Hisce praeiactis circa articulum, gradum faciamus ad nomina substantiva.

Nomina substantiva possunt distribui in quinque classes. Prima classis est eorum quae habent ipsissimam formam participialem: secunda classis est eorum, quae habent quidem formam propriam quam appellabimus (*y*), sed a verbis derivantur: tertia classis est eorum nominum, quae sunt ipsa themata quorumdam